



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

In Lib. I. Regvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

NOTÆ ET
QVÆSTIONE
CHRONOLOGICÆ
IN LIBROS
REGVM.

Inisium
libri. Re-
gum.



Os libros ab initio Præfecturæ Heli omnes auspantur, nullam de Heli mentionem in libris præcedentibus reperimus autem quod Heli tribuitur, auspiciot ab anno Exodi 377. verò 2900. cum Torniello, & Saliano, quibus subscribitur. Cælius in libros Regum prolegomeno 3. Bonfrerius quinquennium hinc dum putat. Vincentius lib. 2. Spec. hist. cap. 78. primordia Heli conuenit mundi 2809. Perauius 2849. Capellus 2860. Bucholcerorum quarta Caluisius 2810. Quot annos libri Regum complectantur videbitur dante sub finem lib. 4. quem certum est, excidio Ierolymitano finiri.

I. REGVM IV. v. 18.

Heli senex erat, vir & grandævus & ipse iudicauit Israël 40. annis.

QVÆSTIO I.

Quot anni post Samsonem Heli tribuendis

Anni Heli 1.
ex Scriptu-
ra.

Sacri codices Latini & Hebræi annos 40. Præfecturæ Heli attribuit, quibus aliqua exemplaria Græca consentiunt, ut patet ex Biblijs, & ijs quæ purè Græcè edita sunt in Germania Francofurti anno 1577. ipsum monent notæ ordinariæ & Nobilij in 70. 1. Reg. 4. Sextima versu 70. ait Heli iudicasse annos 20. quem numerum iam olim apud 70. fertur Eusebius, & alij nonnulli eius vestigia secuti. Hic autem quaestio quot annos Chronologicos ab annis Samsonis distinctos Heli adhiberi oporteat.

1. Opinio.

2. Q. Julius Hilarion dat Heli 20. annos: sed hunc inter & Samsonem unum Semergaris, & 30. interregni inserit. Idem fermè habet Cedrenus.

post Samsonem dat annum Sumani; anarchiæ 40. tum Heli 20. Igitur ex setu-
tate Hilarionis, ab obitu Samsonis ad obitum Heli decurrissent anni 51. Ce-
cens vero 61. Sed dubium non est, quin hi auctores in Codices vitiosos inci-
derint.

3. Andreas Masius sub finem libri Iosue: nusquam, ait, ^{2. Opinio} factum villo principis of-
ficio Samsonem esse memini. Tantum absuit, vt liberaret ille populum à Palestinorum iugo,
vt conditus ipse istis tanquam dominis dederetur à suis popularibus. Sed neque liberaturum
ostendit parentibus Angelus Dei: verum libertatem in hoaturum modo, quam deinde
Samson post illius & Heli excessum esset perfecturus, videlicet. Quæ doctrina nonnullis
recentiorum perplacet, & aiunt aduersus hoc Masij decretum, Genebrardi,
Serarij, Tornielli & aliorum reprehensionem nihil promouere. Quod decre-
tum vt confirmet, asserunt seruitutem sextam 40. annis circumscriptam, cum
Samsonis & Heli annis commisceri, & vsq; ad Samuelis tempus extendi: Heli
iudicasse quidem annos 40. vt habet Latinus & Hebræus, sed 20. priores fuisse
ipsi cum Samson communes, 20. posteriores, oppresso Samson & Heli solius
censeri iuxta 70. interpretum translationem, Sulpitius etiam & Sauerius 40.
annos Samsoni simul & Heli attribuunt.

4. Hanc recentiorum interpretationem ea ex parte probo, qua Hebræam ^{Explicand}
& Latinam editionem cum Græca ita componit, vt neutri fallum impingat ^{tur.}
sed sua vni que textui veritas constet, quod benedocentij, qui Cainan filium
Arphaxad agnoscunt, licet eius nomen in Latino & Hebræo libro Genesios
non ceperiant; cum non desint modi, quibus vnam tandem in sententiam trās-
latio leniorum cum fonte Hebræo recurrat. Ex ea verò parte minus ardet
hæc interpretatio quod contra Doctorum torrente Samsoni 20. annos Chro-
nologicos adimere conetur, eosque temporibus Heli absorbeat, & iugum
Philistinorum ab Hebræorum ceruicibus depulsum arbitretur, eo tempore,
quo casus fugatisq; ipsi Hebræis Arca Domini in hostium potestatem deue-
nit. Hæc indicia non tam sunt sublatæ oppressionis antiquæ, quam nouæ ty-
rannidis excitatæ, vt notaui Iud. 13. q. 8. num. 12.

5. Equidem viam regiam inuolvens communia scriptorum vestigia premo, ^{Heli præ-}
qui ex actis 20. Samsonis annis, annos 40. Heli computant, Eusebius id facit in ^{fuit 40.}
Chronico, Clemens Alexandrinus, D. Iulianus Arch Tolet. locis supra indica- ^{annu.}
tis Iud. 1. q. 2. Fasti Siculi, Lyrani, Iud. 10. & 3. Reg. 6. Vincentius lib. 2. cap. 68.
Ado in Chronico, Nicephorus Const. Toftatus, Freculphus, Genebrardus,
Tornielli, Sathanus l. c. Sanctius 1. Reg. initio, Bonfrerius &c. ad quos acce-
dam. Bucholcerus, Temporarius, Beroaldus, Capellus &c. Potest quidem sibi
quilibet diuerticula quærere: sed non est procliue efficacem promere ratio-
nem, cur non recto 20. annorum tramite à Samson ad Heli procedatur,
Quæst. Chron. P. 2. k sicuti

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

Ad opi-
nionis cō-
trarias.

sicuti ab Abdone ad Samsonem 8. annorum spatium admetiri solum
6. Solum versio Græca, tanquam agger nobis obijcitur; sed ab ipso
non deberet, qui 3. Reg. 6. Græcos codices tanquam falsos explodunt, ut
in Genesi Cainan filium Arphaxad se videre dissimulant: siquidem ibi
omnia Græca exemplaria nobis exhibent: Heli autem: 20. duntaxat annos
la Latina, nulla Hebræa, nec nisi aliqua Græca hoc loco reponunt. Dicitur
censent Samsonem non attulisse finem seruituti, sed in medio eiusdem
iniecisse; Heli verò, quod à Samsonem bene ceptum erat, libertate tanquam
cuperata feliciter absoluisse: qui, inquam, hoc censent, non incongrue
Heli vniuersè 40. annos præfuisse, vt Latinus & Hebræus notant, vt
Philisthææ seruitutis excusso, non nisi 20. vt numerant 70. interpretan-
tem Samsonis morte seruitutem claudunt, facillè annos 20. auarum
dent, antequam Heli iam Sacerdos ad Reip. gubernacula manum adiret
atque ita fatebuntur, ab obitu Samsonis ad Heli casum, ab Hebræis, vt
omnibus ac nonnullis Græcis annos 40. computari, ab alijs Græcis 20.
annos tribui Præfecturæ Heli, ommissis totidem annis inter regni, quod
ritu Samsonis effluxit. Nec temeraria videbitur eorum explicatio, qui
mabunt fortè à 70. Senioribus Heli 20. annos assignari, quod illud
temporis spatio populum & filios in officio continuerit: siquidem ob
causam nō pauci auctores Sauli duos solummodo annos regni adscriptum

Arca ca-
pta.

I. REGVM VII. v. 2.

Ramissa.

Religionis
instaura-
tio.

1. Et factum est, ex qua die mansit Arca Domini in Cariathiarim, multi
dies: erat quippe iam annus vigesimus. Notandum hic primò, Arcam post obitu-
li à Philisthæis septem mensibus detentam. 1. Reg. 6. v. 1. Fuit ergo Arca
in regione Philistinorum septem mensibus: puta à pugna illa infelici, qua
mortem Heli, Ophni & Phinees, eius filij, cum triginta milibus
occubuerunt, vt latè narratur ibid. cap. 4.

2. Notan. secundò, Arcam à Philisthæis remissam fuisse in Cariathiarim
dem in Gabaa, siue colle apud Abinadab seruata, vt hoc cap. v. 1.
Venerunt ergo viri Cariathiarim & reduxerunt arcam Domini, & inuenerunt
mum Abinadab in Gabaa.

3. Notan. tertio, cum iam ad annum 20. Arca in domo Abinadab
Etam à Samuele seriam apud Hebræos Religionis instauratione. 1. Reg.
tum reportatam insignem de Philisthæis victoriam, & quietem a be-
cutam, ibid. v. 13. Et humiliati sunt Philisthim, nec apposuerunt vltra
rent in terminos Israel. Facta est itaq; manus Domini super Philistim
Etis diebus Samuelis, & redditæ sunt vrbes &c. hinc duæ questio-
quentes oriuntur.

QVÆSTIO II.

Vtrum Arca solum 20. annos manserit apud Abinadab.

Affirmant plerique Rabinorum, ac in primis Iosephus, Zonaras, Cedrenus, quod refert, nec refutat, S Hieronymus hic in Tradit hebr. Peralko, inquit, vigesimo anno, translata est, eadem arca à Samuel; in Masphath. Idem totidem verbis tradit Rupertus, sequitur Comestor, Carthusianus &c. Ratio huius opinionis esse videtur, quod hebraei dicantur hic. v. 6. conuenisse in Masphath, huiusmodi aquam & effudisse in conspectu Domini, hoc est, vt ipsi putant, coram Arca. Et veritas. Tullit Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino. Quod illum minimè facturum fuisse credunt, nisi ibidem Arcam præstito habuisset. hæc tamen ratio parum viget: nam illa verba, in conspectu Domini, perinde accipi possunt, ac si diceretur, coram Domino, vt patet ex varijs Scripturæ locis, vt bi gratia, 1. Reg. 11. v. 15. Cap. 12. v. 3. Cap. 16. v. 6. Neq; ad sacrificandū opus erat Arce præsentia, qua absente ipse Samuel alias in Bethlehem sacrificauit, 1. Reg. 16. v. 5. Et Elias in Carmelo. 3. Reg. 18. Ad hæc licet Arca diceretur manere in Cariathiarim tanquam in domicilio, poterat tamen subinde ad breuius tempus urgente necessitate, aliquo alio transferri, vt cum Saul contra Philistinæ prælium apparabat, 1. Reg. 14. v. 18. & Ioab Rabba in Moabitide obsidebat. 2. Reg. 11. v. 11. Semper enim per interualla ad sui domicilij locum reducebatur, vt ex Eucherio monet Salianus, an. m. 1960. num. 3.

2. Quare magis assentior ijs, qui Arce domicilio in Cariathiarim, non 20. duntaxat annis definiunt, sed vsque ad Dauidis tempora producant, vt latè docet Tostatus in hunc locum q. 10. & seqq. vbi aliquot errores Lyranı detegit & refutat. v. g. primò. Quod putauerit Gabaa locum fuisse à Cariathiarim distinctum, cum fuerit collis, siue pars eminentior loci illius, in quo habitabat Abinadab. secundò, quod crediderit è Cariathiarim Arcam ductam in Masphath, inde in Galgala, tum in Nobè, deniq; in Gabaa ad Abinadab. Tertio, quod videtur confudisse hunc locum Gabaa cum Gabaon, vnde Salomon tabernaculum fœderis Ierololyma transferendum curauit. 2. Paralip. 1. Idem quod Abulcasis, tradit Caietan. hic. Torniel. an. m. 1940. n. 4. Salian. l. c. & an. 1990. Petrus an. 1939. Mariana & Menochius 1. Paralip. 13. v. 3. Sanctius in hoc caput, in celsis ijs, quæ norat 2. Reg. 6. præsertim initio argumenti illius capit. Probatur hæc sententia 1. Paral. 13. v. 6. Et ascendit Dauid. & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, quæ est in Iuda, vt afferret inde Arcam Domini. Nec putes Arcam in Gabaa bis sed esse, primò cū è regione Philistinorū per Bethsames reuecta esset; tū aliquo

k 2 alio

P. philippi

ronologia Testamenti

IV 17

v. opinio eiusq; ratio.

Ad ratiõnem.

Conclusio.

Lyra corrigitur.

Probatu Conclusio.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

alio tempore, in scripturis non expresse. Nam in primis sacre literæ tradunt Samuelis tempore Arcam 20. solum annos in Gabaa mansisse. neq; ratio, neq; scriptorum auctoritas vlla suadet multiplicanda hanc Arcæ domicilia. Deniq; toto regni Saulis tempore Arcam in colle Ceterim permansisse indicare videntur Davidis verba 1. Paralip. 13. v. 3. *quisuimus eam (Arcam) in diebus Saul.* Quem in locū Mariana: *tota in tempore, regni Saul mansit in domo Abinadab, vbi post captiuitatem illam nulla restituendi eam in pristinum locum cura.*

*Mora arca
in Caria-
thiar.*

3. Certum autem est Dauidem annos vt minimum 7. & sex menses Iuda regnasse, & deinde locum Arcæ in Ierusalem collocandæ præparari ex Abinadab ad Obededon adduceretur: ac proinde anni 20. hoc carati non comprehendunt totam imò nec dimidiam Arcæ moram in Carim: sed illud solummodo spatium, quo Arca iam ibi fuerat antequam diceret: *Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferre Deos alienos etc.* 3. Cum igitur Act. 13. anni 40. Saulis regno tribuantur, qui ante Helin non inchoantur, & Dauid septem vt minimum annos ante Arcæ tamen regnauerit, non pauciores quam 47. annos tenuit Arcæ in Caria commoratio. Paulo plures effluxisse tradunt Tostatus, Tornellus, Sallianus ex doctrina Petauij clarè deducitur, qui Heli mortuum & Arcam captiuitat anno Periodi Iulianæ 3618. anno verò 3669. de domo Abinadab in Ierusalem Dauidem in arcem Sionis translata, cum in domo Obededon Gedon mensibus consedisset: qua de re ex professo agam 2. Reg. 6. q. 1.

QVÆSTIO III.

Utrum mox ab obitu Heli Samuel indicare cupiat

*Opinio
Cavi.*

1. **C**anus lib. 11. de locis Theologicis lib. 11. & Genebrardus in Samuelis volunt Samuelem post annos 20. ab obitu Heli transactos, in Caria commoratum, atque adeo iam ætate grandiozem.

*Communis
sententia.*

2. Alij verò sine anarchia, nisi forte aliquot mensium Samuelem in Caria Heli successisse iudicant, vt Lyranus in hunc locum, Tostatus q. 2. Caranus 1. Reg. 13. Tornellus & Sallianus an. m. 2940. Sanctius hic. num. 2. 13. nec dissentit Petauius, qui cum anno m. 2888. Heli obitum adscribit anno sequenti, Samuel inquit, annum agens circiter 40. post Heli obitum fuit annis in totum, & cum Saule xl. Serarius 3. Reg. 7. ab obitu Heli in regnum 28. annos computat, & tribuit Samueli. Probat ex 1. Reg. 13.

Samuel loquens de sua vita, non solum priuatim, sed etiam publicè cum laude
tristitia, conuersatus, ait, coram vobis ab adolescentia mea, vsq; ad diem hanc ecce praesto
sum, sequimini de me coram Deo & coram Christo eius, virum bouent cuiusquam tulerim:
Quae verba indicare videntur, Samuelem multo ante annum ætatis suæ sexa-
gesimum, ad Reip. gubernationem accessisse. Si verò ratio consulatur, longe
et diuilius est, Israelitas sub Heli obitum ad extrema redactos mox aliquem
vel indolentia, vel sanctitate vitæ spectabilem in populi rectorem delegisse, qua-
literat Samuel vt rebus afflicto suppeticas ferret.

¶ Etsi verò hanc posteriorem opinionem, vt probabiliorem sequar, parum
tamen refert ad Chronologiae filium vterius ducendum, vtrum aliquid tem-
poris, quasi inter regnum inter Heli & Samuelem inferatur nec ne: nam ab He-
lercesia, ad enthronismum Dauidis 40. anni computari possunt eo modo,
quem ex S. Augustino sapius retuli, quamuis non continuo Heli, mortuo Sa-
muele Reip. habenas moderari cœperit.

Ab Heli
ad Dauid
40. anni.

I. REGVM XIII. v. 1.

*Vnius anni erat Saul, cum regnare cœpisset: duobus autem annis regnauit super Is-
rael. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel, & erant cum Saul duo millia in Machmas, mille
autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin.*

QVÆSTIO IV.

Quorsum spectet iste annus vnus, cuius hic fit mētio.

1. Certum est, non spectare ad ætatem Saulis, quasi ipse vnus anni pueru-
lus in regem electus fuerit. Tunc altior fuit vniuerso populo, ab inuero &
parum. 1. Reg. 10. v. 23. Vnde manifestè sequitur, Saulem hic non vocari filium
vnus anni eo sensu, quo dicitur 2. Reg. 5. v. 4. Filius 30. annorum erat Dauid, cum
regnare cœpisset.

Explica-
tur que-
stio.

2. Nonnulli hunc annum ad Isboeth referunt, rati hic Saul esse datui ca-
lis, q. d. ipsi Sauli erat filius vnus anni (Isboeth) cū regnare cœpisset. Quam
explicationem propugnat Rabanus, in hunc locum, eamq; referunt S. Hiero-
nymus, tomo 3. in quæstionibus super hunc librum, Tostatus, Lyranus hic. Sed
facile refutatur: tum quia non solet scriptura regnorum & regum initia filio-
rum ætate definire, tum quia hoc modo Saul, ab inunctione sua 39. annos re-
gnasset; Isboeth enim cum parenti dicitur succederet, erat 40. annorum. 2.
Reg. 2. v. 10. Saul autem tam diu non regnauit, vt infra declarabo.

1. opinio
falsa

3. Addunt Mariana & Menochius aliquos ita hunc locum explicare, quasi
annus intercessisset, ab vnctione, vsq; ad confirmationem regni, de quo cap. II.
capitulum, & duo deinde anni elapsi essent, vsque ad bellum de quo hic agitur.

2. opinio
etiam fal-
sa

k 3

Ita

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

Ira nempe nonnulli Rabinorum, sed non probant, quod hic de quo
ferunt.

*Sententia
cōmuni.*

4. Alij pleriq; omnes istum annum bonis moribus Saulis attribuan-
sentus: Saul erat sine dolo, sine fallacia, simplex, innocens tanquam
anni, quando regnare cepit. *Sicut filius vnius anni in quo non sunt callos,*
Chaldæus Paraphrastes. Nam reuera erat *electus & bonus, & non in
Israel melior illo.* 1. Reg. 9. v. 2. Quæ interpretatio vt communis est, ma-
retinenda, cum familiare sit Hebræis suppressere particulam *com-*
cap, quæ ipsis idem valet, quod Latinis aduerbium *sicut* vt Psalmus
habemus, *transmigrā in montem sicut passer*; Hebræus verò; *in montem*
rarò in scriptura ij vocantur paruuli, qui humiles, vitæ morumque
sunt insignes, vt ipse Saul 1. Reg. 15. v. 17. *Nonne cum paruulus es in oculis
in tribubus Israel factus es?* Apostolus Corinthios ad simplicitatem &
tem excitans, nolite, ait, pueri effici sensibus; sed malitia paruuli estote
14. v. 20. Et Christus Mathæi 18. v. 3. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini paruuli
non intrabitis in regnum cælorum.* Bene addit Tostatus q. 1. idcirco hic
tionem bonitatis Saulis, quia *immediate agitur de peccato & abiectione eius,*
catur, quod bonitas humana valde mirabilis (mutabilis) est. Ita hunc locum
bitate Saulis interpretantur S. Gregorius 1. Reg. 13. lib. 5. cap. 7. S. Hiero-
Procopius, Lyranus, Hugo Cardinalis, Sa, Menochius hic. Sanctus
mento huius capituli.

QVÆSTIO V.

Utrum Saul annos 40. regnauerit.

*Ratio du-
bitandi.*

1. **I**D affirmare videtur Apostolus Act. 13. v. 20. Dedit eis Saul filium
rum de tribu Benjamin annis 40. Quem annorum numerum Sa-
ad scribunt, Quilins Hilarion de mundi duratione, Frecolphus totius
cap. 19. Salmeron proleg. 14. form. 17. Fauet Legionensis. Gal. 2. v. 10.
annos regnasse Saulem, & obiisse septuagenarium. vt refert Sanctus
num. 2. Quæ opinio etiam S. Augustino tribui solet, qui lib. 17. *Contra
Saule, quadraginta inquit, annos regnauit super Israel, tanto scilicet spatio quo
to & ipse Dauid.* Et lib. 18. cap. 20. *Eoq; (Saule) defuncto Dauid successit
annos à Saulis imperio XL.*

*Explica-
tur.*

2. Ego nihilominus, saluo meliori iudicio, non ausim sine scriptura
supputationem S. Augustino attribuere. Nam ipse lib. 18. cap. 22. *Dauid
quentibusq; iudicibus vsque ad Heli inclusiue annos 27. & 33. regna-
uit.*

quod nimirum absorptis seruiturum annis liber Iudicum ab obitu Moyses, ad
momentum Heli enumerat, si Iosue anni 12. computentur. Sicut igitur annos op-
pressionum temporibus iudicum inuoluit, ita Samuelis annos Imperio Saulis
comprehendere videtur, atque idcirco, cum extremo capite 19. eiusdem libri
vntorum regum & Heli meminisset, sic 20. caput auspicatur: *moysessem per
regnum regum. quo tempore fuit Samuel Propheta.* Vnde patet S. Augustinum annos
Saulis max ab Heli obitu supputate, nullo tempore Samueli relicto, ab annis
Saulis distincto, & sic vtrique Samueli, inquam, & Sauli totum illud tempo-
ris spatium quod inter Heli casum, & Davidis regnum interiacet adiudicare.
Eto non ignoret Samuelem annos vt minimum 20. post Heli excessum po-
pulo praefuisse, Saule necdum ad regni fastigia euecto.

1. Dices: quomodo igitur hic S. Doctor soli Sauli hos 40. annos tribuit?
Respondet ipse in Saulis annis se vti Scripturae phrasi, quae vsurpatur de obi-
tu Ithae Gen. xi. & Iudithae, cap. 16. atque dicit in sacris codicibus non re-
petiti annos Samuelis separatim notatos: atque ita cum Sauli 40. anni inferri-
untur, non sic esse accipiendum; quasi hos omnes dies Saul regem ege-
rit, sed quia hos omnes dies, (inter Heli & Dauidem elapsos) qui fuerunt 40.
Sauli suo imperio compleuerit. Quem loquendi modum praclare explicat libro
de iure iurato Ciuil. cap. 16. & repetit cap. 24. Quicquid sit; Saulem a sua
inauguratione, 40. annos non vixisse clare ostendent rationes quae seq. affe-
rende.

4. Nec admodum vrget Iulij Hilarionis Chronographia: nam & alia ha-
beret non probantur. Verbi gratia, post 20. annos Samsonis, vnum inferit
Semergatis, tum 30. pacis & interregni praeposit Heli iudici, ac denique post
Heli mortem ante Saulis vnctionem annos totos 40. Samueli impertit. Fre-
quentius etiam turbata ratiocinia propinat, nisi annos Samuelis regno Sau-
lis inuoluat: siquidem ab Exodo ad Templi initia receptum 480. annorum
intervallum signat, Samueli vero nullos annos a Saulis annis distinctos
proferat, sed tantum ait Samuelis tempore regem constitutum fuisse Sau-
lem.

5. Obijcit Serarius 1. Tam clare Sanctus Paulus Act. 13. v. 21. hos 40. an-
nos incipit post regem postulatam, vt cum annis Samuelis confundi non
possint, cum isti anni ante regis postulationem fuerint. 2. Sicuti cum D.
Paulus capite citato ait Deum dedisse iudices post annos 450. significat tem-
pus quo illi regnarunt: ita cum dicit dedisse regem Saulem 40. annis. Ad 1. fa-
cile responderi potest sola infirmitate eius quod obijcitur: neq; enim clarius
apostolus separat annos Saulis ab annis Samuelis, qua Moyses Exodi 12. v. 40.
distinguit.

S. Augu-
stinus de
claratur.

Hilarion
refutatur.

Obiectio 1.

Re p. ad 1.

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

distinixerit annos 430. commorationis in Aegypto, ab annis 130. quibus ante descensum in Aegyptum transegerat, licet isti anni vite Iacobi commorationem in Aegypto fuerint. Negandum pariter, quod secundo loco illos 450. annos S. Paulus non tribuit Iudicibus, sed tempori, quibus Isaac, vsq; ad terræ distributionem effluxit. Vide infra q. 7.

Ad 20

6. Reliqua Serarij Argumenta eorum doctrinam oppugnant, quod Saul non nisi biennio regnasse putant, si tamen duo aduerterimus. Primum esse admittendam eorum interpretationem, qui Apostolum hisce annis putandis, non tam veritatem, quam vulgi opinionem secutum arbitrantur, enim in alijs, ita in isto quasi 450. annorum numero, accuratus fuisse non est. Alterum, annos Samuelis reuera in annis regni Saulis non includendos, sicuti anni vtriusq; habitationis illa summa 430. annorum comprehenditur, ita Samuelis & Saulis tempora isto 40. annorum numero contineri, breuitatis causa dici solet, tempus Samuelis, annis Saulis comprehenditur, eo quod clarius diceretur, annos Samuelis contineri illo annorum numero, qui Sauli videntur adscripti.

QVÆSTIO VI.

Virum Saul duobus tantum annis regnasse.

1. opinio.

1. **I**D pertinaciter volunt Hebræi in Seder Olam cap. 13. Quia 1. Reg. 2. disertè legimus Saulem duobus annis regnasse. Conferunt Confratres Phrygio, Arias, Adrichomius, Mercator, Vignerius, Varroianus, & alij, qui dat & propugnat Sanctius hic.

Refellitur.

2. Huic tamen interpretationi bonorum auctorum torrens obliuione sequenti parebit. Plura sub Saule gesta sunt, quam vt in brevitate redigi possint. Nam in primis ab eius vnctione, mensis ante transitum Naas Ammonites se vitis labes Galaad dexteros oculos efflauerunt, quos cum Saul septimo post die liberasset, comitia in Galgalis habitata, quibus regnum ei confirmatum est. 1. Reg. 11. v. 15. Tum gestum est inter Israhæis bellum illud, quod latè describitur hoc cap. 13. & 14. Eo bello Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersus omnes gentes contra Moab & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistheos, & quæ superabat. Congregatq; exercitum percussit Amalec, & eruit Israhæi, de gentibus eorum. Cap. 14. v. 47. Erat autem bellum potens aduersus Philistheos, quibus Saul: nam quemcumq; viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium, occidit sibi. ibid. v. 52. Hæ expeditiones eo plus temporis requirebant, quod

minas erant ab armis parati. Cauerant enim Philisthai, ne inter Hebræos fa-
ber esset, qui vel ligonem, vel securim obtusam acueret. *Cumq; venisset dies prali,*
et illi inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha, ex-
cepit Saul & Ionatha filio eius. Cap. 13. v. 22. Nec est ratio cur dicamus has gentes
a diversis ducibus & exercitibus eodem tempore ab Hebræis oppugnatas: si-
quidem postea Saul dum non magno exercitu Dauidem profeceretur, nun-
ciata Philistinorum in terram Israel irruptione, coactus est ab incepto desi-
stare, ut omnes vires in hostem conuerteret. Cap. 23. v. 27. & 28.

Initium est cum Amalecitis bellum offensiuum, ad quod suscipiendum *Alia gesta*
Saul à Samuele monitus, *precepit populo & recensuit eos quasi agnos ducenta millia pe-*
decim & decem milia virorum Iuda. Cap. 15. v. 4. Percussitq; Saul Amalec ab He-
ma donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. v. 7. Vidit Amalecitis Saul
revertas cum rege captiuo, & præda vetita à Domino reprobatur, disceditq;
in Gabaa; Samuel in Ramatha, & non vidit Samuel ultra Saul vsque ad diem mortis
is. Quæ verba insinuare videntur, bello hoc peracto, Samuelem adhuc nota-
bit temporis spatio vitam prorogasse: quod & res postea gestæ confirmant.
Nam primò iussus est Samuel Dauidem priuatim in regem inungere, quem
anti à malo spiritu agitatæ accersuit dicens: *stet Dauid in conspectu meo &c. cap.*
16. vers. 23. Deinde non statim Dauid Goliath interfecit, sed prius tanto tem-
poris ab aula abfuit, ut neque à rege amplius, neque ab Abner agnosceretur.
Ad eorum forma corporis eius mutata fuerat. Quod his verbis sacra narrat historia
cap. 17. v. 55. *Eo autem tempore, quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philistham*
aut ad Abner principem militiae, de qua stirpe descendit hic adolescens Abner? Dixitq; Abner:
quis anima tua rex, si noui. Et ait rex: interroga tu, cuius filius sit iste puer. Tertio. Da-
uid citharæ cantu Saulis furorem lenire solitus Tribuni munus adipiscitur.
Tunc *egrediebatur & intrabat in conspectu populi, in omnibus quoque vijs suis Dauid pru-*
denter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul, quod prudens esset nimis & cepit
cauere eum cap. 18. v. 14. Hæc verba consuetudinem & experientiam indicant,
quæ non nisi longiusculo tempore comparari solet. *Quarto* promissa est Me-
rob Dauidi, non statim, sed certo tempore constituto coniux ipsi futura. *Fa-*
ctum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Mola-
thia uxor. v. 20. Quinto, desponsata est Michol Dauidi 100. præputijs Philis-
thinorum, quæ iple cæsis 200. viris, repræsentat, & fit gener regis. Cumq; Phi-
listhai rursus arma mouissent, percussit eos plaga magna & fugerunt à facie eius. Cap.
19. v. 8. Sexto. Socer in generum tanto sensim odio inardescit, ut ille hunc in-
terfeci iubeat. Quod cum ad Dauid perlatum esset, fuga salutem querere insti-
tuit, ac primum cum Samuele in Naiot moratus est, quo Saul missis tertium sine
effectu nuncijs ipse venit, ac per varia loca generum persecutus est, ut videre li-

Quæst. Chron. P. 2.

1

cer

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

cet à cap. 15. ad 28. Septimò. Fuit numerus dierum, quibus habitavit Dauid in Philistinorum quatuor mensium. Hisce quatuor mensibus, si addas mortem quæ fuit apud pastores Nabal, vix aut ne vix quidem remanebit tempus, rebus quas Saul iam reprobatus, ante suum interitum gessit. Adhuc enim aduersarij ab vnctione priuata Dauidis vsq; ad Saulis mortem tantum annum intergenisse: quod duobus potissimum argumentis refutatur.

Communi sententia prolata.

4. Primò, quod res tempore Saulis gesta, biennio expediti non potuerunt. Secundo, quod tantillo temporis spatio, Dauid ita mutari nequiuisset, ut ante monomachiam agnosceretur. Volunt enim illi Dauidem 29. annis fuisse, quando in domo paterna per Samuelem inungebatur. Licet ex pascuis ad aulam exitum dicamus, vt coram Saule ad citharam caneret. 16. v. 19. Non est tamen dubium, quin aliquandiu citharistam apud Saulis gesserit. Quod si mox Goliath strauit, qui fieri potuit, vt à Saule & ab Golia congregatus non agnosceretur? Si dixeris eum aliquot mensibus remissum in domo paterna hæsisse: iure quispiam quaesierit, quomodo in 6. vel quatuor mensium spatio, tanta in eius corpore mutatio facta sit, ut eum Saul non agnosceret? Adhæc si tribus mensibus domi moratus fuisset, adde 4. alios menses quibus apud Philisthæos Dauid exulauit, tempore Carmelo gregibus Nabal pepercit, moram quam in aula prima vice non videbis deesse tempus, quo signari cætera possint, quæ post victoriam in viuo adhuc Samuele gesta sunt, ac sacro historiarum textu comprehenduntur.

Dogma Paludani.

5. Contra eos, qui non nisi biennium regno Saulis tribuunt, profertur Paludanus verba nuntiorum Dauid ad Nabal Carmelitem ex cap. 25. *multis annis saluos faciens tuos & omnia tua, audiui quod tonderent pastores tui de multis annis, nihil habetur in vulgato, nihil in Græco, nihil in Hebræo esto ex illa legatione probabilis coniectura sumatur, aliquot saltem menses aut forte ultra annum ibi Dauidem hæsisse: Non erat autem cur Paludanus tantam vim in illis annis multis poneret, rem quæ ita in medium afferret. Ius Sanctius hanc de biennio regni Saulis opinionem propugnaret, nec tunc constare videretur. Et eo magis sum miratus, inquit, Paludanus, quod potuisse in eam sententiam abire, cum in Commentarijs quos scripsit in libro Regum uauit ipsum verba iam citata ex 1. Reg. cap. 25. explicare sicut & Nos: tempore quo Dauid significet, se cum extremam inopiam cum suis militibus sit passus, in illa sententia nihil tamen detrimenti gregibus ipsius, quin potius multum commoditatis attulisset. ille Tract. 2. cap. 5. §. 13. Ego verò in Paludani doctrina duo miror: alterum ipse hoc in Sanctio simpliciter mirerur, & non etiam in auctoritate eius quaestione num. 1. allegatis. Alterum, quoniam sensu verum sit, verba illa 25. recitata explicari à Sanctio sicut à Paludano. Omnes enim omnia*

Davidem quoad fuit in Carmelo, gregibus Nabal nihil damni intulisse, Sanctius cum suæ opinionis fautoribus pauculos menses Regium Vatem ibi possit esse citi; Paludanus multis annis. Non ergo verba citata Sanctius eo modo explicat, quo Paludanus, qui si memor fuerit eorum quæ de auctoritate suæ editionis habet tract. 1. cap. 4. verba illa *multis annis* in Sanctium efficaciter non proferet.

6. Dices quomodo igitur Saul *duobus annis* regnasse dicitur? Plures sunt hæc sententia, quarum communissima biennium istud, ad simplicitatem & innocentiam Saulis refert, quippe qui *duobus annis* in ea morum integritate permansit, qua veluti vnius anni puerulus ad regni gubernacula accesserat. Ita S. Gregorius in hunc locum: De rege, inquit, qui prius bonus, postea malus exiit dicitur quia filius vnius anni fuit, cum cepit regnare, & duobus annis regnavit enim multis annis regnavit, illis solis regnasse dicitur, in quibus innocens & humilis fuisse perhibetur. In eadem sententia est S. Hieronymus: Tadii huius loci, Procopius, Lyranus, Abulensis, Chronicon Alexandrinum Rupertus hic cap. 19. & lib. 2. in Apocalyp. Petrus Damiani lib. 2. ep. 20. Dionysius Sa. Sallianus an. m. 2964. num. 2. ubi bene ait, hanc esse communem interpretationem. Quæ tamen Torniello non placet an. m. 2960. n. 3. ubi vult Saul regnasse duobus annis ante suam reprobationem, & vix toto primo anno in primæva mansisse innocentia. Sed immeritò, prius enim Saul sibi tria millia elegit, quam graviter delinqueret, ut ipsemet fateatur Tornielus & sacra narrationis textus indicat, quæ prius eum tria millia satellitum elegisse refert, quam gratia admisisset delicta; primum verò omnium initio regni innocentem fuisse & duobus annis regnasse.

7. Alia sententia, (si tamen alia) censet hoc biennio definiri non totum regni spatium, sed illud solum, quo regnavit, antequam sibi *eligeret tria millia de Israel*, ut ille sentis, cum biennium regnasset, elegit sibi tria millia. Similis phrasia in scriptura sæpe occurrit, ut Gen. V. & XI. Exempli ca. Adam dicitur vixisse 930. annos & genuisse Seth: hoc est, cum Adamus 130. annos vixisset, genuit Sethum. Quam explicationem non possum rejicere, cum ipsa non tam destruat, præcedentem interpretationem, quam adstruat. Siquidem fatetur Saullem, sic fuisse *innocentem, quædo regnare cepit, sicut filius est vnius anni, & in eadem innocentia duobus regnavit* annis, ut totidem verbis scribit S. Hieronymus & ex eo Rupertus. Post biennium verò sui regni, non nihil à pristina vitæ probitate deflexisse cõcedit, ut sacra in eadem pagina dum subdit, eum tria selegisse millia, quorû duas partes sibi, tertiã autem tanquã principi præsto esse voluerit, atq; ita contra consuetudinẽ & forte præter necessitatẽ se filiumq; suum regio satellitio munierit. Hanc expositionẽ amplectitur Abulensis, hic & Pineda lib. 8. Salom. ca. 2. n. 2. simplicissimã vocat,

Quomodo
Saul 2. annis
regnavit

Idem aliter
exponitur

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

A. IV
17

natiuam videlicet minimeq; violentam, vt ait Salianus num. 4. Hec sentit Genebrardus in Chronico dum ait: cum Saul regnasset duobus annis tria satellitum millia.

Saul ultra duos annos regnauit.

8. Iis non assentior, qui volunt Saulem, non nisi biennio ante primum iudis inunctionem regni habenas moderatum. Duobus enim annis vitam duxit innocentem, nec est probabile eum de repente à petro regno indignus successorem habere à Propheta iniciatum. Idem habent, qui soli Sauli annos regni 40. numerandos existimant: alias dicitur plusquam 40. annorum, quando Sauli successit, siquidem à Samuel vnctus est, quando iam oues pascebat. Cap. 16. v. 19.

Obiectio.

9. Obiecit Sanctius Scripturam clarè loqui dum ait: Filius vnus annis cum regnare coepisset, & duobus annis regnauit super Israel. Vbi, inquit, qua adiacent proprie dicantur, non est, cur existimemus hac esse dicta figuratè. Respondet primò, cum prior pars huius versiculi annum vnum ad Sauli regnum referat, existimare possumus, partem posteriorem quæ est de biennio regnasse, tum tria satellitum millia sibi & filio elegisse. Tempus esse, eos solos annos hic numerari, quibus Saul post mortem Samuelis vixit, vt in annis regum fieri solet, & latius in Ioa & Ieroboam regibus replicabo; quam doctrinam quemadmodum admittit Sanctius 4. Reg. Cap. 3. v. 1. & alibi: sic eam hoc loco rejicere nequit, nisi eam interpretari recipiat, quam iam num. 6. afferebam. Ea. a. recepta, tertiaz huic regulæ harendum non est, nisi duplex eiusdem loci sensus literalis admittatur.

Respon.

QVÆSTIO VII.

Quot annos Samuel & Saul populum rexit

1. Opinio falsa.

1. Hebræi in Seder Olam inter obitum Heli & Saulis non nisi 20. interponunt, rati Arcam 20. tantum annos in Gabaa habitasse, morte Heli ad initiũ anni octauo regni Dauidis computari. Igitur regni Dauidici annis 7. à 20. remanent 13. ab obitu Heli, ad obitum Saulis, cuius regno dant biennium, ita vt inter Heli mortem & Saulis mortem non nisi vndecim anni intercedant. Computum Hebræorum Constantinus Phrygio, vt notat Ludoticus Viues in lib. 18. C. 11. de re Eupolemus apud Eusebium, dum Samueli & Sauli 20. dumtaxat annos tribuit. Sed hunc & illos decipi patet ex notis ad 1. Reg. 7. v. 1.

Alie opinionones vana.

2. Alij istis duobus numerant annos 32. vt Marianus Scotus, Hæreticus Contractus in suis Chronicis, Driedo lib. 3. cap. de Suppurationibus.

770. annis eos præfuisse opinantur, teste Sulpitio lib. 1. sacre hist. & Beda Præ-
 fat. lib. c. expositionis allegoricæ in Samuelem, quos sequitur Serarius 3. Reg. 6.
 prop. 1. At verò Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. vult Saulem cum Samuele
 regnasse annos 17. Deinde solum 20. sic forent anni vniuersim 47. vt refert Sa-
 lianus. Petauius autem putat ex sententia Clementis Samuelem tantum bien-
 nio ante Saulem mortuum. Iosephus lib. 6. Antiq. cap. 14 tradit Samuelem iu-
 dicem fuisse 12. annis, tum Saulem cum eo annis 18. regnasse: at verò sub finem
 eiusdem libri, ait Saulem defuncto Samuele regno positum annos 20. Rursus
 lib. 10. cap. 11. in textu Græco ponuntur anni 22. Sic essent vniuersè anni 50. aut
 51. Iosephum sequitur Zonaras. Samerius autem tribuit Samueli annos 32. eius
 filij & Sauli 40. vniuersè 72.

3. Michael Paludanus tract. 2. cap. 3. ait 40. annos, quibus Deus Israelitis
 Saulem dedisse scribitur Act. 13. nulla ex parte ad Samuelem referri, sed ad
 Saulis & filium eius Isboeth, & computari ab initio regni Saulis vsq; ad Da-
 uidis enthronismum super Israel vniuersum, ac denique à morte Saulis, vsque
 ad hanc Dauidis inaugurationem esse 8. circiter annos: siquidem Dauid super
 Iudam regnauit annos 7. cum dimidio. 2. Reg. 5. v. 5. Tolle de 40. annos 8.
 remanebunt anni 32. regni Saulis, quibus si 20. Samuelis accedant, exurgent à
 morte Heli ad primam Dauidis inaugurationem anni 52.

4. Communis verò sententia & omnium probabilissima est, ab obitu He-
 li ad mortem Saulis elapsos 40. annos, quorum pars Samueli, pars Sauli de-
 betur. Est Eusebij, Sulpitij, Isidori, Nicephori Constant. cui subscribitur Con-
 stans. Idem tradunt Fasti Siculi in Saule, Beda Act. 13. Vincentius Spec. Histor.
 lib. 1. cap. 69. Abulensis 1. Reg. 13. q. 1. & alibi. Lyranus Ind. 13. Act. 13. Ioannes
 Lucidas, Genebrardus, Bellarminus, Gordonus, Adrichomius, Torniiellus,
 Sanctius, Salianus, Petauius. Quibus accedunt Temporarius, Funccius, Ca-
 rion, Heluicus, Bibliander, Capellus, Sethus. Quod autem spatium 40. annorū,
 vniuersum inter Heli & Saulis mortem intercesserit fidem indubitaram fa-
 cit S. Paulus Act. 13. v. 20. his verbis: *Post hæc dedit iudices vsq; ad Samuelem Prophe-
 tam, & exinde postulauerunt Regem, & dedit eis Saul filium eius, virum de tribu Benjamin
 annu 40.* Certum enim est Heli inter iudices numerandum esse. Quod verò
 non plures anni isto intervallo computandi sint, tradunt auctores iam laudati,
 qui verba illa ex Actib. Apost. relata, vsque ad *Samuelem Prophetam* exclusiue ac-
 ceperunt, ac istos 40. annos Samuelis & Saulis gubernationi attribuunt. q. d.
 Deus dedit iudices, qui non erant Prophetæ, vsq; ad Samuelem exclusiue: tum
 dedit eis Samuelem ac deinceps Saulem quem postulauerunt, per annos 40.
 quibus isti duo populum gubernarunt, vt bene pleriq; auctorum citatorū ex-
 plicent. Vide notas ad calcem cap. xi. Geneseos.

P. philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

*Contra
var. opi-
niones.*

5. Qui 32. duntaxat annos hisce duobus concedunt, nescio quanta
pretatione locum istum Act. 13. explicare possint: sed in eam suppositum
impulsi sunt, quod annos plures æquo in Iosue & sequentium iudiciorum
ra expendissent.

*Contra a-
lias opinio-
nes.*

6. Quod defuncto Samuele Saul 22. annos non regnaverit, vel
gere licet, quod hoc modo David necdum annos 9. natus Goliath occidit.
Cum enim esset 30. annorum, regni in tribu Iuda habenas accepit. Sa-
tem viuo adhuc Samuele interemit, quo sublato, vt Saulis futorem de-
fugiens venit ad Samuelem in Ramatha. 1. Reg. 19. v. 18.

*Paluda-
nus refu-
tatur.*

7. De expositione Paludani, dicitur in primis potest, eam non esse con-
expositioni SS. Patrum, quos paulo ante recensui, & aliorum, qui Iosue
li vel cum Senioribus 17. vt minimum annos inscribunt, vt ab Exodo
pli fabricam 480. anni colligantur. Respondet quidem Paludanus
satis constare, quot fuerint anni inter exitum de Aegypto & Tem-
tionem. 2. Si velimus defendere illum locum 3. Reg. 6. v. 1. negari
ordinarium computum annorum Iosue. Nam ex Scriptura, inquit, non
conuincit, multo plures, quam sex fuisse. Deniq; addit se de his latus Deo
rum in Chronologia ab exitu de Aegypto, vsq; ad reges. Verum potest
non videretur consentanea doctrina, quam ipse tradit Tract. 5. cap. 4. nec
hil posse asseuerari, quod Latina vulgata editioni repugnet, etiam si esset sola per
sula, aut membrum, aut syllaba iot. aut vnum: idque ex decisione S. Congre-
Cardinalium sub Gregorio XIII. & auctoritate S. Augustini ep. 8. &
Hieronymum. Secunda responsio est singularis nec satis firma: ait enim
6. anni Iosue, non futuros plures annos ab Exodo, vsque ad mortem
quam 34. inde verò ad annum 4. Salomonis 96. Prius autem huius
tionis membrum non probat. Deinde videtur sacra Scriptura clare
plures quam 20. annos inter obitum Heli & Saulis inaugurationem
xisse. Si quidem non ante 20. annum ab interitu Heli cepta sunt ea, quae
7. vers. 2. vsque ad finem capituli referuntur Samuele adhuc vegeto, &
tem ad iudicis munus idoneo: initio autem capituli octavi dicitur
cum senisset posuisse suos filios iudices Israel. Et vers. 3. subiungitur: Et
runt filij eius, in viis eius sed declinauerunt post auaritiam, acceperunt mu-
terunt iudicium. Quae tandem occasione Hebraei sibi regem constitui
runt. Ergo aliquanto tempore experti fuerant eos non esse ad Regiam
strationem idoneos. Denique senium Samuelis in causa fuit, quo iudicis
iudicis fungi posset antequam rex ab Hebraeis peteretur. Ergo valde
est, eum vsque ad 22. regni Saulis annum non fuisse superseditum, quod
ex Paludani doctrina colligitur, quippe, qui anno 22. Saulis tradidit

cum suo gigante Goliath mouisse bellum Sauli, quo tempore certum est Saul-
lem adhuc in viuis fuisse. 1. Reg. 19. v. 18.

8. Hinc patet non admittendas esse rationes eorum, qui 20. ipfos annos, post obitum Samuelis Saulem regnasse putant, ne dicamus Dauidem 10. circi-
ter annorum puerum cum gigante dimicasse. Tunc enim serio probauit arma
Saul, quem proceræ staturæ fuisse constat, nec alia de causa videtur ea arma
deposuisse, quam quod eiusmodi armorum vsum non haberet.

9. Valde rationi consentanea est supputatio Perauij, qui anno Periodi In-
hæc ætate er. 3646. Saulem in regem electum; anno eiusdē Periodi 3659. eum
cum Ionatha occubuisse tradit. Sic enim in totum regnasset præter propter 13.
annos. Addit hic Auctor, biennio ante hanc cladem obiisse Samuelem.

10. Communior tamen mihi videtur eorum sententia, qui Saulem regnasse
patet vito Samuele annos circiter 16. eo mortuo biennium: vniuersè 18. Ita
18.

Abuldis 1. Paralip. 19. q. 2. Comestor lib 1. Reg. cap. 27. Salian. an. m. 2962. n. 6.
ad quem numerum propè accedit Vincentius Spec. hist. lib. 2. c. 69. vbi ait Sau-
em vidente Samuele regnasse annos 18. eo mortuo biennium. Hac ratione an-
o circiter 20. ab excessu Heli, Samuel fœdus in Maspha, renouauerit, mox
illam cum Philisthæis feliciter gesserit, vt legitur 1. Reg. 7. Sub idem tempus
paulo post, filios iudices constituerit, quorum iniquitas cum diu non laruis-
set, regis perendi an sãm dedit. Sic annus 23. principatus Samuelis inciderit in
primum regni Saulis. Quod si Samuel anno 2. Heli natus est, vt tradant He-
braei, nati: sub Heli annos 39. eo vitâ functo 38. vniuersè 77. vt aduertit Sali-
anus contra Iudæos, qui totius vitæ Samuelis cursum annis 72. metiuntur. Hæc
etiam aras maneri iudicis obeundo habilis esse solet; quod tamen præ senio
obire non poterat Samuel, quando regem Hebræi postulabant. 1. Reg. 8.

11. Obijcies ex di. Ais sequi Saulem post luam reprobationem, vitâ cum im-
perio in annos 16. propagasse: siquidē post biennium sui regni reprobatus est, vt
notat Tornell. an. m. 2962. v. 1. et etiã citius, vt notat Sanctius. Hoc autem modo
valde diu dilata esset pœna, qua Saul regno priuandus erat. Imò, quid supplex
dicitur, inquit Sanctius, si illa ætate sublatum est ei regnum, in qua Samuel illud sustinere
non poterat? Responderi potest 1. non constare, vtrum Saul duobus tantum an-
nis regni transactis, confestim reprobatus fuerit: cum non sit improbabile eum
paulatim ab antiqua morum rectitudine deflexisse, donec longioris temporis
reprobatione adscribit. Responderi potest 2. Esto Saul biennio imperij
reprobatus à Dei gratia, & regni iure exciderit: sat graui nihilominus supplicio mul-
tabatur, quod cum per naturæ vires paulo diutius viuere, & posteros regni suc-
cessores habere posset, vtroque priuatus fuerit, licet non nisi post 16. annos. 3.

Ex o-

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17

Saul non
regnauit
20. annis.

Sed fors
13. An. 242

Vel possum

Obijciatur

Resp. dupl.

*Actus
Saulis.*

Ex omnium sententia Saul ad annum ætatis circiter 60. peruenit: quemdem Isbofethum filium annos 40. natum moriens habebat, & quidemabili coniectura apparet, natum minorem suis fratribus cum ipso Samuelis. Fuerit igitur ex cõmuniori sententia Saul annorum ferè 45. annorum vocatus est, quod cum annos 15. aut 18. circiter administrasset, annorum ætatis suæ 58. aut 61. interierit, corpore adhuc ita robusto, ut in senectate posset. De Samuele longe alia fuit ratio, qui cum toto vitæ suæ Templo ministerijs, & pietatis studijs addictus fuerit, probabile est, ut exercitia obire solitum, quæ corporis vires minimè auerent, sed in senectutem subijcerent. Saulem autem eam viuendi rationem tenuisse, quæ in iuuenta robustior in dies euaderet. Neque verò Saule regnum admodum longum Samuel cuius vertici propinqua mors immineret, sed solum cuius regnum sustentendo iudicis officio pares.

*Obicitur
2.*

12. Obijciunt nonnulli 2. Mox ut Saul innocens esse desijt, vnctum Saulem Dauid, qui 2. Reg. 5. regnum suscepit anno ætatis suæ tricesimo, intercessere decem & octo anni regni Saulis, Dauid factus est rex ætatis duodecimo: quod sanè videtur esse incredibile. Ita illi, & addunt, quod breui factum fuisse armigerum Saulis, aut paulo post strauisse gegerunt, tum hæc obiectio non probat quod assumit. Neq; enim constat, ut in biennio tantum ante reprobationem imperasse, aut eo in transiitum Dauidem continuo à Samuele vnctum fuisse: imo probabilius est, ut aliquanto tempore Saulis statum luxisse, anno deinde circiter 10. Saulis Dauidem oleo regio priuatim tinxisse, ac rursum aliquot annorum tium, inter Dauidis vnctionem & eiusdem de Philistis hæc victoriam fuisse, ut supra dixi, & clarius intelligetur ex notis in cap. 16. huius libri, ex eorum sententia, qui 18. annis regnum Saulis de finiunt, annus 12. Dauidis est primus regni Saulis, qui duobus ut minimum annis in eadem ac proinde, Dauid sine dubio annum ætatis 12. superauerat quando in eadem regio primum delibutus est, ut mox latius explicabo. Taceo Functorem cholceros, qui Saulem annos tantum 10. regnasse autumant.

Resp.

I. REGVM XVI. v. 13.

TVLit ergo Samuel cornu olei & vnxit eum. subaudi Dauidem priuatum in campo paterna.

Quoto ætatis suæ anno Dauid in regem primum inunctus fuerit.

1. Culpicius lib. 7. sacræ histor. Et si annos Dauidis in regem designati non exprimat, eum tamen ait tunc puerum fuisse. Tornicellus an. m. 2964. num. 1. tradit eum vix annum vitæ 15. expleuisse, cui computo fauet Serarius hic & Paludanus tract. 2. cap. 7. vbi Dauidem anno 15. ætatis à Samuele vnctum probat. 1. Quia hoc modo commodè dantur regno Saulis anni 32. & Isboseih 8. Quod non multo maior 15. annis esse potuerit colligit ex Scriptura, quæ tunc eum *parvulum* vocat, hic v. 11. & paulo post *puerum* cap. 17. v. 33. Quod nec multo minor fuerit, ex eo conijcit, quod haud multo post factus sit Saulis armiger. v. 21. imò *bellicosus, & fortissimus robore dicitur*, v. 18.

2. Probabiliores tamen eorum rationes mihi videntur, qui Dauidem 20. annos natum eo tempore fuisse arbitrantur. Ita Abulensis hic q. 1. qui Sauli regnanti annos 20. computat, atque à principio regni ipsius vsque ad vñctum Dauidem ait 10. annos transisse vel amplius, ita vt Dauid esset plusquàm 20. annorum, quia nempe completo 20. ei vigesimus primus decurrebat vitæ annus. Salius anno 20. Petavius 21. aut 22. hanc in Dauidem regni translationem annorant. Et Scriptura quodammodo insinuat hic v. 13. vbi cum Dauidem à Samuele vnctum retulisset, mox adiunxit. Et directus est spiritus Domini die illa in Dauid & deinceps. Surgens Samuel abiit in Ramatha. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagrabat eum spiritus nequam, &c. vers. 14. Unde colligere licet, sub idem ferè tempus Saulem à maligno spiritu vexari cepisse, quo Dauid recens à Samuele oleo regio inunctus & paulo post, ad Saulis vitæ ægritudinem psallendo leniret adductus est. Tunc autem erat fortissimus robore vir bellicosus & prudens in verbis. 1. Reg. 16. vers. 8. Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. v. 22. Quæ puero quindecim duntaxat annos nato minimè conveniunt: vt mirum sit Paludanum ad suam opinionem stabiliendam, hisce Scripturæ testimonijs non fuisse. Iuvenes apud Hebræos non censebantur ad bellum idonei, ante ætatem vigesimum, ac idcirco nec viri bellicosi ante istud tempus vocabantur.

3. Ratio, quam priori loco affert Paludanus non vrget: computatio enim illaque Sauli 32. annos numerat, Isboseih 8. reiicienda est, cum recedat à comuni veterum patrum & interpretum doctrina: qui 40. illos annos, quorum postolus meminit Act. 13. aut Samueli & Sauli, aut Sauli soli tribuunt, vt diximus supra.

Quæst. Chron. P. 2.

m

4. Nec

P.
Philippi

ronologia
Testamenti

a. IV

17

Adi. Pā.
Iudania

4. Nec plus toboris habent, quæ idem auctor secundo loco addidit, videlicet *parvus* in Hebræo & Græco appellatur; in vulgato & capite sequenti v. 14. *minimus*. Subaudi non absolute, sed facta comparatione, qui cum ætate præcedebant. Capite vero *puer* catur, non eo tempore, quo vagebatur, sed quo sese ad duellum curte ineundum accingebat, & tunc erat circiter annorum viginti vnum, ut purat Paludanus l. c. concl. 2. vel potius senior, ut mox dicam. Ex eo, quod David appelleretur vir bellicosus, & factus sit armiger Saul, 20. aut 21. annorum potius quam 15. indicari videtur.

5. At quoto regni Saulis anno conrigit hæc secreta Davidis in Quinto purat Tornellus; decimo ut minimum Abulensis; Petauianus octauo. Si Saul 18. annos regnavit, Salianum sequi malim, si quod probabile est, Petauium.

I. REGVM. XVII.

QVÆSTIO IX.

Quoto atatis sua anno David Goliath vicit.

1. **Q**ui non nisi biennio Saulem regnasse existimant, necessario hanc disnomachiam in annum eius 29. referunt: sed eam minime admittendam esse, ex dictis manifestum est.

2. Neque opinio Calusij placet, qui anno m. 2880. ait Davidem inunctum & ad regem Saulem ut cithara luderet accessitum: anno sequenti victoriam & triumphum de Goliath reportasse. Idem opinio cholceri & Funecius, dum hæc notant anno m. 2884. & 2884. Plus temporis à primo Davidis in Regiam aduentu, usque ad casum Goliath fuisse videtur: aliàs David ante duellum Sauli & Abnero non fuisset, hoc lib. q. 7. annotavi.

3. Dices: quod Abner Davidem non agnouerit, miram non est, tempore, quo David in Aula versabatur, Abner in castris, aut alibi de guberno, autem ex Dæmonis vexatione, phantasia ac memoria perturbatus minus Davidem agnosceret, præsertim verò ob vestium mutacionem in Regia commorans lauciori cultu corporis nitebat; domi autem, diens rusticis vestibus & habitu pastoritio utebatur. Respondeo: si nunquam Abner cum Davide in aula Saulis fuisset, si eum factum armigerum nunquam nouisset. Deinde probabilius videtur Davidem in situ ornatum è Regia ad parentem discessisse, nec Isai tam facile, ut filium proceribus non ita pridem & aulicis familiarem cultuatum

horridum ad regia castra remitteret. Adhuc bene aduertunt Abulensis hic q. 40. & Silianus ann. m. 44. fieri potuisse, vt pluribus de causis Dauid non agnosceretur, vitiosa ob aliquam forte vestium in ipso diuersitatem, debilitatem mentis in Saule, obliuionem in Abnero, sed hae causae non erant sufficientes infinis ignorantiae. Praecipua à S. Augustino, Caietano, aliisque pluribus affertur, mutatio in facie Dauidis, cui in domo paterna, longiusculas temporis moras habentibus barba copiosior accreuerat.

4. Quare Abulensis, Saliarius, Paludanus non incommodè censent Dauidem fuisse annorum circiter 22. quando Goliath singulari certamine confecit. Non tamen ab ipso, quin probabiliter asserat Petrus Dauidem circa annum aetatis 21. aut vigesimum secundum à Samuele inuentum fuisse: sed hoc modo vitam monomachiam in annum circiter 24. differendam putarem. Sic enim calculos existimo digerendos, vt integer saltem annus & eo amplius inter Dauidis vnctionem & gigantis interitum, ponatur, vt si v.g. anno vigesimo aetatis Dauid inuentus fuit, dimicatio in annum 22. vt minimum differatur.

Nec dictis obstat, quod Plates Regius instante dimicatione puer à Saule vocetur: etenim ex vsu Scripturae etiam adultis hoc nomen tribuitur. Christus post resurrectionem piscantes discipulos alloquens: Pueri, inquit, numquid pulmentarium habetis? Ioan. 21. vers. 5. Sic milites illi, qui agro robustorum, nomen pepeterunt, pueri dicuntur. 2. Reg. 2. v. 12. & 14. Addunt aliqui Dauidem vocari puerum, id est, non assuetum bello, siue comparatione gigantis, idque colligunt ex verbis Saul: non vales resistere Philisthaeo isti, nec pugnare aduersum eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adolescentia sua, hic vers. 33. Quae explicatio etiam huic loco satis aptè conueniat, prior tamen mihi videtur generalior, iuxta quam Dauid rursus puer dicitur, hic vers. 57. & adolescens vers. 55. & 58. quae vox vitis etiam conuenit, vt praeter alios docet Sanctius 1. Reg. 13. num. 11. probatque exemplo S. Pauli, qui Act. 7. v. 57. vocatur adolescens cum tamen annum aetatis 30. excessisset. Est enim paulo post S. Stephani martyrium conuersus, anno nempe à passione Domini secundo; Iuliano 78. aut saltem 79. gradio vero Neronis occubuit anno Iuliano 112. Capitone & Rufo Cons. aetatis suae 68. vt tradit S. Chrysostomus hom. de Principibus Apostolorum tomo 5. ergo in sua conuersione erat 34. circiter annorum, quos si ad 78. Iulianum addideris exurget annus 112. Iulianus Laurea Principum Apostolorum nobilitatus.

Cur Dauid dicitur puer ante duellum?

p. philippi

ronologia Testamenti

IV 17

I. REGVM. XXV. v. 1.

Mortuus est autem Samuel, Biennio ante mortē Saulis, vt supra indicati cum Clemente Alexandrino li. 1. Stromatum, Vincentio spec. hist. lib. 2. c. 69.

Obitus Samuelis. Abu-

m 2

Abulensi, Comestore, Torniello anno m. 2977. Saliano, Petanio, Martio
 Valde autem probabile est, ut monet Abulensis in hunc locum q. 1. ca. 1. ca.
 cedentibus capitibus habentur, ante Saulis mortem contrigisse, cum
 causa offerat, cur dicamus primum huius capitis versiculum narratum
 à Dauid gestarum inferi, nisi quod sub idem tempus obierit Samuel, qui
 uid oram regia chlamidis in spelunca Engaddi iam absciderat, ante
 desertum Phares descenderet. Vnde colligo Historiam Nabal, & cap.
 vsque ad huius libri finem describuntur, non nisi post mortem Samuel
 disse. Quare non assentior Gordonio & ijs qui ex opinione Rabbi
 nisi septimestre spatium inter Samuelis & Saulis obitum interijciunt
 minus Hebræis, in Seder Olam, qui non nisi quadrimestre concedunt

I. REGVM. XXVII. v. 7.

*De fuga
 Dauid.*

1. **F**uit autem numerus dierum, quibus habitavit Dauid in regione Philistinorum
 tuor mensium. Hoc loco abutuntur Iudæi, dum volunt Dauidem
 excessu Samuelis ad Achin Philistinorum regem confogisse. Nullo
 do id probare possunt: imò ex Scriptura contrarium colligitur, dum
 Samuelis subiungit Dauidis apud pastores Nabal commorationem,
 minimum duos menses tenuit. Deinde subsecuta sunt ea, quæ cap. 29.
 tur, tum demum Regius Vates consilium de fuga ad Palistinorum
 agitare cœpit, cap. 27. v. 1.

*1. Opinio
 falsa.*

2. Sunt verò nonnulli, qui opinantur Dauidem anno vno, & 4.
 apud Philisthæos moratum: ut Lyranus, Caietanus, Vatablus hic & 4.
 mius in tribu Simeon V. Siceleg. quamvis in Chronico quatuor menses
 neat. Et probare nituntur ex textu Hebræo, quo Dauid ibi mansit
 dies & quatuor menses: deinde ex verbis Achis, cap. 29. v. 3.

2. Vera.

3. Retinenda tamen est lectio vulgatæ & Græcæ editionis, quæ
 mensibus eam moram definit, cuique altero duorum modorum cogit
 bræa. 1. Si dicatur Dauid ibi moratus, quatuor menses, & aliquot dies
 mensis: Latinus vero & Græcus textus solos menses expressisse. Ita
 bulensis hic q. 75. & cap. 29. q. 5. Historia Scholastica cap. 24. Torniello
 nus, Iosephus 6. Antiq. 14. quatuor mensibus dies 20. adijcit. 2. Si
 que fieri solet, particula & apud Hebræos expositiue sumatur, videtur
 quod id est, q. d. dies aliquot, nempe 4. menses Dauid ibi habitasse, ut
 tant Sa & Sanctius in hunc locum, licet hic auctor etiam præcedentem
 pretationem sequatur cap. 29. v. 3.

*Sethus
 corripitur.*

4. Hinc merito redargui potest Sethus Caluissius, qui anno
 Dauidem scribit abijisse ad Philisthæos ad Achin regem, ibique anno

& sex mensibus mansisse: nec erubuit eius calamus testimonium huius rei annotatione. 1. Samuelis 27.

I. REGVM XXIX. v. 3.

Et ait Achis: num ignoratis David, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multu
diebus, vel annis. Ita Latinus & Hebraeus: Graecus habet: γέγονε μὴδ' ἡμεῶν ἡμέ-
ρας, ἢ ἡμεῶν ἡμέρας. & fuit nobiscum dies, hunc annum secundum. Quam versionem
recepit Salianus & Menochius ac si Achis dixisset: mansit apud nos dies, plu-
rimos scilicet, hic quippe secundus annus est, ita nimirum vt locutio Graeca idioti-
simam Hebraeam redoleat. Aliqui putant per exaggerationem locutum, aut
verum fuisse, aut saltem habuisse intentionem mentiendi, vt sic Philisthaeos
efficit in suam sententiam pelliceret. Ita Abulensis hic qu. 5. Torniellus an.
1799. quod etiam admittit Sanctius: addit tamen ista verba Achis sic intel-
ligi posse quasi dixisset, ita notam esse Davidis fidem, ac si pluribus annis ibi
habuisset. Quae interpretatio est etiam Rabbi David. Deinde nonnulli aduer-
sus duobus diversis vicibus & annis Davidem, ad Palaestinos fugisse, prius sub
persecutione sua quando simulavit amentiam c. 21. v. 10. deinde sub fi-
gura Saulis. cap. 27. v. 1. Achin verò ad utramque fugam respexisse, quod
sepeuaginta insinuas videntur, quasi dixissent, hoc anno secundo Davidem
motus diebus apud Achin fuisse, licet alio priori anno, mox recessisset. Quam
explicationem maximè probo: quicquid enim aliqui velint, quatuor mensibus,
et omnia fieri poterunt, quae in regione Palaestinarum à Davide tempore
huius secundae fugae gesta narrantur. Et haec in librum primum Regum.

David
apud
Achis
quamdiuq

Duplex
fuga Da-
vidis.

Philippi

Chronologia
Testamenti

IV
17

NOTAE ET

QVAESTIONES
CHRONOLOGICAE
IN LIBRVM II. REGVM.

II. REGVM II. v. 10. & seqq.

¶ Vadragesima annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cepisset super Israel,
& duobus annis regnavit: sola autem domus Iuda sequebatur David. Et fuit
numerus dierum, quos commoratus est David imperans in Hebron super domum
Iuda septem annorum & sex mensium. Egressusque est. Abner filius Ner, & pueri
Isoseth de castris in Gabaon.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN